1185 tamen evasit vivus et sanus pariter cum fratre suo Ulrico meritis fratrum et sororum, qui pro eo in Kunitz Domino supplicabant. Iuro quoque, dapifer Georgii de Milevsk, in eodem bello excepit letale vulnus, unde reductus domum in brevi post obiit delegans hereditates suas Deo et sancto Egidio,[1] quibus venditis inde comparatum est Ztankow[2] a Witigone seniore. Item in eodem bello sub Georgio nostro equus occisus est, cui mox duo ex militibus eius, videlicet Mzton et Plausin, alium providerunt et de prelio eduxerunt, alioquin ibidem diem clausisset extremum. Mortui sunt in eodem congressu ex proceribus Boemiae atque Moraviae multi numero et tanti, ut, cum post a vivis sepelirentur, in unam foveam decem aut 15 vel certe 20 proicerentur et sic obruerentur terra et lapidibus. Boemi tamen victores exiverunt, et qui post victoriam credebantur ulterius progressuri et facturi quidquid libuisset, contra spem omnium domum redierunt.

Anno dominicae incarnationis 1186 vexatio dedit intellectum sepe dicto Cunrado et videns se non posse resistere duci Friderico et Boemis mediantibus bonis viris venit ad eum in Knin[3] et facti sunt amici extunc et deinceps. cf. Ts. 28,19

Jan. 7 W. Eodem anno fuit ecclipsis solis et in sabbato quatuor

Juni 7 8 temporum in pentecosten promotus sum in sacerdotem, annos natus 21, ego Jar(loch), qui post Vincentium haec scripsi.

(quo hec facta sunt, hec est)

Anno dominicae incarnationis 1187 ego G(erlacus) ~~suscepi~~

Margin notes: circiter 3; extiterunt; processuri 3; scripsi. Hucusque membrana Liedina. Mit diesen Worten schließt hier 3 ab. In 2 folgt Ausbruch, die Hiatus genannt abstrakt. Mit eigenhändigen fortgesetzten Gerlachs, der hier folgen [illegible]. S. 29 beg. mit Ausbruch [illegible] S. 28 scheint unbeschrieben gewesen zu sein. ~~[illegible]~~

1) Dem Kloster Mühlhausen, dessen Gründung Graf Georg schon vorbereitet hatte.

2) Wahrscheinlich Stankau b. Wittingau, südl. Tabor.

3) Knin b. Dobřisch, südl. Prag. S. dazu Bachmann I, 368 u. Bretholz 282. Bretholz glaubt, daß die Reichsunmittelbarkeit Böhmens damals nicht angetastet wurde, doch ist wohl aus Gerlachs Bericht eine vollständige Unterwerfung Konrads zu entnehmen.